Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Nota de paradiso hec sequencia secundum doctores diuine scripture

Strabo

Est autem ille locus secundum damascenum
exultacionis vniuersis promptuarium
qui terre excelsior positus est et tempera
to ac purissimo aere effulget plan
tis semper floridis ornatus est bono odore
plenus nullum irracionabilium inhabitat Est
eciam secundum ysidorum omni genere ligni et pomi
ferarum arborum consitus non estus frigus intemperies ac
reus perpetua Et eius medio fons prorumpens
totum nemus irrigat Et secundum magistrum in
hystorijs super Gen. Paradisus est in principio
mundi parte orientalis locus tam altus quod aque
diluuij vniuersalis ipsum non attigerunt quod secundum
strabum et bedam pertingit paradisus usque ad
globum lunare quod tamen quidam impugnat
ut heinricus de Erfordia Et alij quidam
et est locus amenissimus longo tractu terre
et maris et si homo non peccasset deus qui
totum mundum fecit et paradisum ampliasset sic
quod omnes homines conclusisset Arbores paradi
si coma numquam perdunt Ibique Enoch et helyas
usque hodie incorrupti perseuerant ut dicit
magister in hystorijs Et paradisus tante est altitu
dinis quod est inaccessibilis secundum bedam et ta
altus quod ethereum regionem contingat et
quod aque cadentes de eo tantum faciunt strepitum
hominibus in vicinio commorantibus ut perdant
sensum auditus ut dicit basilius in examerom
et sanctus Ambrosius Iste aque sunt que procedunt
de vno fonte paradisi Gen. ij Et generat et
quatuor riuos scilicet phison qui et ganges dicitur Geon
qui et Nilus Tygrim et Eufrate quo
ipsi vero iiij riui fluant habetur Gen. ij
Et est paradisus secundum albertum magnum locus
temperatissimus liber et aeris pene suppo
situs quod in oriente iuxta toridam zonam Ideo
bis in anno sol pertransit centrum paradisi et
est ibi aer subtilissimus et incorruptus et semper
equinoctium et utrumque polus ibi videtur ab he
lya et Enoch inhabitatur et arbores bis ibi
in quolibet anno fructificat quod duplex est ibi
estas et duplex hyemps in anno et vtrumque in
solsticium est eis profundissima hyemps et vtrumque
quod equinoctium profundissima estas Ideo dicit
marcianus quod in India singulis annis due
sunt estates et fruges bis metunt Patet igitur
quod est locus altissimus terre Serenissimus tem
peratissimus Amenissimus quod est ibi locus viri
ditas florum venustas flagrancia aromatum
dulcedo fontium vmbrositas arborum vbertas
fructuum Cantus Auium Tanto locus ordia
tissimus dextro fertilissimus ideo bene ortus
omnium deliciarum dicitur

Erat quidem deus ad ornatum et decorem paradisi
trium genus lignorum secundum ysido. et Aug.
de ciuitate dei Vnum ad sustentacionem vite
et nutrimentum de quo dedit preceptum affir
matiuum dicens Gen. ij ex omni ligno paradisi
comede Aliud fuit ad probacionem obediencie
scilicet lignum sciencie boni et mali de quo dedit
preceptum negatiuum dicens de ligno autem scien
cie boni et mali ne comedas quod tamen
non seruauerunt nostri parentes primi Ideo gusta
to pomo aperti sunt oculi eorum scilicet ad concupiscen
ciam ac quod ante non patebant secundum
Aug. ibidem in glosa non quod ante ceci erant sicut
quidam false ymaginati sunt Et cognito pru
ritu carnis et libidinis in se et se esse gracia spoli
atos consuerunt perizomata id est succinctoria si
ue bracas de folijs ficus ut sic se cooperirent et de
fenderent Non tamen est intelligendum quod peccatum Ade
et Eue fuit ex parte fructus illius ligni uel esus
eiusdem ut dicit Aug. de ciuitate dei sed racione
affectus inordinati preponentis se diuine iussioni
quia aliud est prohibitum quia peccatum et malum
sic homicidium furtum et mendacium Aliud vero
est peccatum ex eo quod est prohibitum sic fuit hic Co
mestor dicit quod lignum sciencie boni et mali dictum
est ex eo quod ex eius comestione secutum est quod sensit
et statim post comestionem malum egritudinis et
imbecillitatis ac rebellionem carnis contra racionem et
ceperit cognoscere bonum sanitatis firmitatis obe
diencie ac malum infirmitatis egritudinis
imbecillitatis ac inobediencie sic medicus me
lius nouit morbos cum non solum infirmos visitat
sed cum ipse infirmatur Nam quod prius nouit per
scienciam postea discit per experienciam Nam
dulcia non meminit qui numquam gustauit amara
et cetera Tercium fuit lignum in paradiso no
bilius alijs scilicet lignum vite et hoc tripliciter Primo
propter effectum quod dabat se comedenti causam
immortalitatis et prohibebat causam infirmitatis
et imbecillitatis non tamen virtute naturali pure
magis gratuite propter virtutem anime obedientis
deo que erat inmortalitatis causa principalis
ipsius corporis secundum thomam in scripto super sente
quia quociens homo fuisset infirmatus de isto
ligno sumpsisset et sanitati datus fuisset et
hoc sic continuasset usque dum numerus electorum
completus fuisset tunc omnes simul in celum
rapti fuissent Secundo propter situm quod situm erat
in medio paradisi quasi preciosissimus et dignissimus omnium sicut cor
animalis in medio corporis ponitur et quod totum corpus
viuificat figurat crucem christi viuificantem totum
mundum et trahentem ad se omnia. Io. xij Tercio
propter sacramentum secundum aug. ubi supra ~~et de ciuitate~~
~~dei~~ ubi dicit quod per lignum sciencie boni et mali sig
nificatur liberum voluntatis arbitrium per lignum
vero vite xpus significatur Ezechi. xxxj Om
ne lignum paradisi non est assimilatum illi quia Canti
iiij Emissiones tue paradisus malorum punicorum cum pomorum

Vnus autem locus post peccatum hominis aditus interclusus
est sepius enim vndique rumphea flamea
id est muro igneo accinctus ita ut eius
cum celo pene iungatur incendium Cherubin quoque id est
angelorum presidium arcendis spiritibus malis super
rumphee flagrancia ordinatum est ut homines
flamme angelos vero malos angeli boni summoueant
ne cui carni vel spiritui transgressionis aditus pa
radisi pateat Hec Ille :
Duplex fuit causa inmortalitatis hominis in statu
Innocencie scilicet intrinseca que erat vis contentiua
ipsius anime et hec a deo Alia extrinseca scilicet esus
ligni Istud eciam lignum vitam longeuam dedisset
homini post peccatum secundum aug. in li. de questionibus
no. et ve. testa. si homini gustus eius prohibitus fuit
post peccatum Ideo dicitur Gen. iij ipsis angelis videte
ne forte adam sumat de ligno vite et viuat in eter
num id est valde diu Concor. Scotus theo. Prima parte
questione xc viij articulo quarto Et alexander 2a parte
summe q. xiiij ar. xx